

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**


**Carolsruhae, 1765**

CXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

terum omnem Actionem, que nobis competeat vel nostris Antecessoribus competere poterat pro recuperatione juris predicte curtis cessimus eidem Ecclesie, ut in omnia propria commodum consequatur. Testes hujus ordinationis sunt - - - - - & alii quam plures.

Actum anno Domini M. CC. XLVIII. in Castro *Stouphen*.



## C X X V.

INNOCENTII IV. PAPÆ BULLA AD WILHELMUM AN-  
TICÆSAREM DE ADJUVANDO BADENSI MARCHIONE AD  
AUSTRIÆ DUCATUM CONSEQUENDUM.

A N N O M C C X L I X.

*Ex Bibliotheca Regia Parisiensi, cod. 4039.*

**I**nnoctius &c. Illustri Regi Romanorum &c. Etsi cunctis ex attributa tibi potestate a Domino favere in sua justitia tenearis, sublimibus tamen nobilibusque personis, per quas honori tuo magno utilitatis fructus posse provenire speratur, favorabiliorem te convenit exhibere in hiis præcipe que sibi a tuis predecessoribus sunt concessa. Cum igitur sicut ex parte dilecti filii nobilis viri *Marchionis de Baden* fuit propositum coram nobis a claræ memoriæ Romanæ Imperatoribus qui fuere pro tempore, Ducibus Austrie ex speciali privilegio sit permiffum, ut si iidem Duces absque liberis masculis morerentur, femine tam in Ducatu quam feudis aliisque

---

bonis omnibus possint jure succedere masculorum : idemque paratus sit contra F. quondam Imperatorem, C. natum ipsius eorumque fautores signum crucis assumere, tibi que sicut asserit, totis viribus fideliter adherere : nos arbitantes dignum existere, ut ipsum propter hoc regalis munificentie gratia favorabiliter prosequaris serenitatem tuam rogamus et hortamur attente, quod ducatum, feuda & alia bona, que cuncta memoratus Dux Austrie habuisse dinoscitur, ipso adimplente quod offert, nobili mulieri, uxori sue, nepti ejusdem Ducis, cui ea ut dicitur debet tam propinquitate sanguinis, quam de privilegii ratione succedere, liberaliter conferre ac ipsam de predictis investire procures, ita ut prefatus Nobilis tuis beneplacitis obligetur, nosque proinde tue sinceritatis zelum merito commendemus. Datum Lugd. II. Kal. Feb. Anno VI. (a)

---

Nota. Bulla hæc cum ea, quam supra sub Num. CXXII. exhibuimus, legitur quoque apud *Baluzium* Miscellaneor. Tom. VII. pag. 410. & 455.

(a) Apud *Baluzium* legitur Idus Februarii.